Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Item in hoc sacro notatur aliud triplex mira
bile. Est enim mirabile quod tradit corpus suum
et mirabile quod sic tradit. scilicet uelatum et mi
rabilius quod sic uelatum scilicet accidentibus
preter subiectum. Et mirabilissimum quod corpus suum
tradit in cibum. Ex qua admiracione litigabant
iudei dicentes. Quomodo potest hic nobis dare carnem
suam ad manducandum. Ioh. vi. quasi nullomodo.
In hoc enim mirabiliter ostenditur esse sapiencie cuius institu
tum est hoc sacramentum. quod triplex assignari potest.
Prima exigencia corrupcionis humane. Se
cessus nature. tercia condicio nostre. Corrupcio
nature exigebat ut corpus suum daretur in cibum.
quia inicium corrupcionis et mortalitatis corporis
ab esca extitit ligni sciencie boni et mali. Gen.
iii. Et ideo consummacio uite et incorrupci
onis debuit esse esca uel cibus ligni uetiti quod
est sapiencia dei filius incarnatus. Prouerbiorum. iii. Lignum
uite est his. qui apprehenderint eum. Hostis

156